



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Compendivm Summæ Card. Toleti**

**Minucius, Genesius**

**Sammieli, 1613**

Quid sit diuinu[m] officiu[m]. c. 19 [i. e. 10.]

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41701**

*Quid sit diuinum officium.*  
Cap. 10.

**A**d sacerdotem sacrificium offerre, & diuinum officium recitare iure spectat. Diuinum autem officium est laus Dei voce expressa per Ecclesiæ institutionem determinata; Dicitur hora canonica, à tempore in quo haec laus habenda est, quia canones certa tempora statuerunt, & horas, quibus determinatae laudes sunt Deo exsoluendæ, & ob id ipsa Dei laus hora dicta est canonica. Dicitur etiam debere fieri vox quia ad hoc genus officii non satis est Deum laudare mente, sed vox articulata necessaria est, ita ut secus, non satisfiat præcepto.

*De numero horarum Canonica-*  
*rum. Cap II.*